



Universitätsbibliothek Paderborn

**Malvm Svmmi Mali Sive De infinita grauitate peccati
mortalis Libri Qvinq[ve]**

Pelecyus, Johannes

Monachii, 1615

V. Offendit impius Deum, quia ad creaturas peruersè se conuertit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52025](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-52025)

est, & rebelles ac refractarios ab- *Num. 20.*
forbuit. *Petra*, eiusdem præcep- *II.*
to, virga percussa, non ignem, sed
aquam dedit. Daniel leones de
voluntate Dei nō nocuerunt. Et
homo Deo non obedit. Ei me-
rito illud Esaiæ dicitur : *Erubes-* *Ez. 6. 8.*
ce Sidon, ait mare ; quam ob cau-
sam ? quia ego obedio creatori,
tu non obedis. O mentis per-
uersam caliginem !

C A P V T V.

Peccator Deum offendit, quia ad crea-
turas peruersè se conuertit.

Haud difficile erit id ex scrip-
turis confirmare, illis præci-
puè, quibus monetur peccator
ad Deum reuerti. *Conuertere ad*
Dominum, ait Ecclesiasticus, *&* *cap. 17. 21.*
relinque peccata tua, precare ante fa- *II. 23.*
ciem Domini, & minue offendicula.
Et: *Reuertere ad Dominum, & auer-*
sere ab iniustitia tua, & nimis odito
exced-

cap. 38. 6. execrationem. Conuertimini , ait E-saias , sicut in profundum recessera-
e. 12. sis filij Israel. Et Ioeil : Conuerti-
 mini ad me in toto corde vestro , in
sejunctio , & in fletu , & in planctu.
 Consentient Orthodoxi Pa-
 tres , cum peccatum , à D e o
 auersionem , & ad creaturas
 conuersionem , malam scilicet ,
 definiunt. Experientia idem
 quotidiana , prohi nefas , nimi-
 um quantum testatur. An e-
 nim impius creaturis malè
 non inhærescit ? an non humi
 iacet ? humi autem ? humo te-
 gitur & cum talpis , oculis cap-
 tus , cubilia fodit. Plus dico:
Den. 4. 30. totus terra est , & cum Nabu-
 chodonosore bouis in morem ,
 fœnum comedit. Cantharidum
Thr. 4. 5. instar in fôrdibus & luto fœcis
 versatur , & cum croceis nutri-
 ri posset , stercora amplectitur.
 Quid ? illius umbram coram o-
 culis

culis habet , illamque ut apprehendat , insequitur . Væ autem eis qui vmboram sic loquuntur ; eum enim & vmbra regionis mortis , nisi ad cor redeat & mentem , certò certius sequeatur . Vmbram porro non quamvis , sed vanam persequitur .

Ambulauerunt , inquit Propheta , Hier. 2. 5.
post vanitatem , & vani facti sunt ;
Vanum autem id appellatur , cui nihil subest , nisi mendacium . *Fili hominū , ait Propheta regius , usq; ps. 4. 3.*
quo graui corde , ut quid diligitis vanitate , & queritis mendacium ? *De impiis dicit Osseas quoque , quod co- cap. 10. 18.*
medant fruges mendacijs . Vbi nos legimus : viam iniquitatis amo- *ps. 113. 29.*
ue à me , lectio alia habet : viam falsitatis vel mendacijs , quia voluptates , opes , honores , & cætera de genere eodem bona , verè bona non sunt , sed sophistica , sed falsa , sed inania , & men-

20 Degrauitate pecc. mort.

ps. 26.12. mendacia ; mentitur enim ini-
quitas sibi.

CAPUT VI.

Peccator offendit Deum, quia à crea-
turis leges accipit.

VEsanus peccator projecta
impudentia cœcus, ad crea-
turam, peruerso earum usu, con-
uertit, earumque leges obuijs,
ut dicitur, vlnis acceptat, ijsq;
actiones & studia sua cōformat.

Eas his verbis complectitur Pla-
tus noster: Paupertate nihil est miser-
ius & contemptius, nihil beatius di-
uinijs ; curandum est corpus, volup-
tates omnes sunt exquirendæ ; pul-
cherrimū est eminere inter alios, impe-
rare, celebrari, versari in hominum
ore ; si quis conuictum dixerit, verbere
appetendum, si quid grauius fecerit

ps. 118. 85.

ps. 18. 8.

vulnere. De his legibus illud oc-
currit : Narrauerunt mihi iniqui fa-
bulationes, sed non ut lex tua, que
iuxta

Lib. de
bono stat.
Relig. c. I.